



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Verior opinio. c. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

Ad secundum dicendum, quod hoc nomen, bonum, est principale nomen Dei, in quantum est causa, non tamen simpliciter. Nam esse absolute præintelligitur causa.

Ad tertium dicendum, quod non est necessarium, quod omnia nomina diuina, importent habitudinem ad creaturas, sed sufficit quod imponentur ab aliquibus perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas, inter quas prima est ipsum esse, à qua sumitur hoc nomen, Qui est.

Conclusio autem est, Nomen QVI EST, magis proprie, & præcipue inter reliqua essentiam Dei exprimit, eam optime explicat S. Thom. in corpore art. & apud Sanctos Patres, quos sequenti disputatione commemorabimus, sine controversia est, in solutione tamen difficiliorem habet S. Thom. doctrinam, quam ex professo libet examinare.

DISPUT. LIX.

An idem sit nomen, QVI EST, & tetragrammaton, quod vulgo dicitur, IEHOVA.

Due sententia extrema de hac re. cap. 1.

Verior opinio. cap. 2.

Posterior pars opinionis nomen, QVI EST, & tetragrammaton idem esse. cap. 3.

CAPVT I.

Due sententia extrema de hac re.

Opinio S. Thom. in solut. est esse duo distincta nomina Dei, ad ipsum significandum imposita, nomen, Qui est, & nomen tetragrammaton, seu nomen Iehoua, quam prius tradiderat Hier. in Epist. ad Marcellam, quæ est ordine 138. probatur vero ex eo, quod Exodi 3. cum Moyles mitteretur à Domino ad filios Israël, & ipse interrogasset dominum his verbis, Si dixerint mihi quod est nomen eius, quid dicam eis? Respondit, Qui est, misit me ad vos. Sed paulo post eodem cap. dicitur, Dominus, Deus Patrum vestrorum, in Hebræo ponitur nomen יהוה, Iehoua, quod dicitur tetragrammaton: ergo sunt distincta nomina.

In hanc sententiam refertur Burgen. qui tamen in additione ad tertium cap. Exodi quamuis hanc Doctoris sancti opinionem putet probabilem, ipse aliam docuit; asserit enim, cum eo capite dixit Dominus, Ego sum qui sum, & iterum, Quis est, misit me ad vos, noluisse sibi nomen aliquod imponere, quo suam essentiam peculiariter denotaret (quale aliqui putant esse illud, Qui est) sed voluisse tantum indicare, se futurum ducem, & asserturum in omnibus laboribus peregrinationis populo Israelitico: nam ubi vulgata legit, Ego sum, qui sum, in Hebræo sic habetur, **אני ה' אלהיך** Ebieh aser ebich hoc est, Ero, qui ero: & iterum, ubi Vulgata legit, Quis est, misit me ad vos, in Hebræo sic dicitur, **מי שמי** Qui est, misit me ad vos. Sensus autem est, ut qui Burgen. Ego ero, qui vobiscum semper ero, & iterum, qui ero, hoc est, qui dixit, Ero vobiscum, misit me ad vos: & hanc inquit esse expositionem Hebræorum. Quare cum postea in eodem cap. 3. Exodi dicitur, dominus Deus patrum vestrorum, ubi ponitur nomen tetragrammaton Iehoua, non ponitur quasi

Valquez in 1. pars. Tomus I.

CAPVT I. & II.

313

quasi alterum nomen, sed cum antea nullum nomen Dei peculiare posuit fuisse, hic ponitur illud, quod primum, & ineffabile esse dicitur.

Hanc expositionem testatur Lippomanus in catena super illum locum, esse Hebræorum, eamque secutus est Beda 4. tom. in annotat. in Exod. c. 3. sic enim interpretatur, Ego sum, qui sum, id est, ego sum, qui fui cum Patribus vestris, & sum, qui vobiscum ero. Fauter etiam Hugo de S. Vict. tom. 1. in annotat. in Exod. c. 1. qui licet alio modo ea verba interpretetur, non tamen putat peculiare aliquod nomen Dei in illis contineri: imo potius dicit, esse phrasim quandam nolentis explicare nomen suum. Cum enim Moyles nomen Dei interrogasset respondit Dominus, Ego sum, qui sum, ac si diceret, est ne possibile, ut nomen meum toties repetitum, & antea notum, ab aliquo ignoretur? Subdit aliam expositionem, quæ Bedæ interpretationi affinis est: atque ex ipsa sententia prædicta Burgen. confirmatur, Ego sum, qui sum, supple tecum, ut facias ea miracula, & potentia.

CAPVT II.

Verior opinio.

Probabilior, & communior opinio est, quæ docet illud, Qui est, quod habetur Exod. 3. & nomen tetragrammaton, quod ibidem ponitur, esse idem omnino. Quæ sententia duo continet, vnum est, illud, Qui est, esse nomen Dei, atque co-
vsum fuisse Dominum Exod. 3. ut sibi nomen imponeret, & suam essentiam exprimeret Moyse. Alterum est, esse omnino idem nomen, atque ad idem, eodemque modo significandum impositum esse. Priorem partem in hoc cap. probabimus, posteriorem vero in sequenti.

Cuius rei gratia primum notandum est, ut optime obicitur Lippomanus in catena super Exod. in illud, quod ex cap. 3. citauimus, parum interesse, quod vulgatus interpres tempus futurum, quod in Hebræo est, Ero, qui ero & rursus, Ero misit me ad vos, vertat de præsentis, Ego sum, qui sum, & iterum, Quis est, misit me ad vos, in Hebræo enim sæpenumero futurum ponitur pro præsentis, quo Hebræi carent, Genes. 37. cum vir ille inuenisset Ioseph errantem in agro, dixit, ut habetur in Hebræo: quid quæres, aut quid vestigabis; nostra vero vulgata legit, Quid quæris, & Iob. cap. 1. ubi vulgatus vertit, Unde venis: in Hebræo dicitur, Unde venies; sed & in nostra vulgari lingua Hispanica id aliquando accidit, nam simili interrogatione de futuro dicimus, Tu modo veniens ex tali parti, ac si diceremus, venis. Deinde licet dicamus, futurum ibi non poni pro præsentis, tamen eodem modo natura & essentia Dei peculiariter explicatur utroque tempore & præsentis, & futuro, Sum, qui sum, & Ero qui ero, ut inferius patebit.

His positis prior pars nostræ sententiæ facile probatur auctoritate, & testimonio veterum Scripturæ, & Patrum. Est autem in primis Philonis in lib. cui titulus est, Quod deterius potiori insidari soleat, tur. qui circa finem illius affirmat, nomen, Qui est, vel, qui sum, esse nomen peculiare Dei, peculiariter quoque naturam illius, & modum substantiæ expressum ab ipso Deo Exod. 3. Idem asserunt Iustin. in orat. p. ad gentes, in medio, Nazianz. orat. 37. quæ est de Theologia nuda. 72. Origen. homil. unica in lib. Reg. in illud anne. Nullus est alius præter te, Hieron. tom. 6. in comment. magni Epist. ad Eph. in illud cap. 3. Ex quo omnis paternitas.

D.

August.
Chrysost.
Damasien.
Bernard.
Nicetas.

paternitas. Aug. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 2. Chrysost. hom. 14. in Ioan. Damasien. lib. 1. de fide, c. 12. Bernard. lib. 5. de consid. paulo ante medium. Nicetas in orat. 42. Nazian. in illa verba, Deus & semper erat, dicunt autem substantiam, naturam Deo eo nomine significari, quod ipse solum per essentiam suam a seipso sit, cætera vero ab eo, esse participant: quod usque adeo verum est, vt dixerit Philo, cætera præter Deum non vere esse, sed opinione tantum; vt ita ostenderet rebus alijs inferius quoddam esse conuenire.

5
Philo.

Dei aterni-
tem significa-
re, qui pu-
tent.

Alij Patres docent quidem cum præcedenti-
bus, illud *Qui est*, esse peculiare nomen Dei, sed in
modo eius significandi variant: dicunt enim eo
æternitatem Dei, & perseverantiam in suo esse
significari. Sic sentiunt Nonatianus apud Tertull. lib. de
Trinit. c. 4. Hilari. 1. de Trin. parum à principio Aug. lib. de
vera, & falsa religione cap. 49. & in illa verba Psal. 101. In
generatione, & generationem, & lib. 8. quæst. q. 10. Cyrill.
Alex. lib. 1. Thesau. cap. 6. Gregor. 18. moral. cap. 33. & su-
per Ezech. homil. 2. narrat etiam Euseb. lib. 11. de præ-
paratione Euangelica c. 7. in foribus templi Delphici
fuisse titulum, qui ad ingredienti loquebatur hoc
modo, *Nosce te ipsum*: rursum fuisse particulam,
ē, quæ latine redditur *Tus sis*, vel *tues*, quæ ingre-
dientes vicissim respondebat. Plato etiam in Ti-
meo dicit, eam esse Dei essentiam, cui non sit
præteritum, nec futurum; Tametsi non dicat, il-
lud, *Qui est*, esse nomen aliquod Dei: faveat etiam
sententiæ nostræ Patres, quos sequenti cap. me-
morabimus.

Plato.

CAPVT III.

Posterior pars opinionis, nomen *QVI EST*,
& tetragrammaton idem esse.

6

Auctoritate
firmatur.
Clem.
Alexan.

Theodor.

Nazian.

Pagninus.
Meff. rus.
Galati.
Lippom.
Eugub.
Genebr.

Tetragram-
maton reli-
gionis causa
Hebraei ines-
sabile.

7
Num. 6. Rab.
Abenhez.
Ioseph.

Posterior pars nostræ sententiæ non minus
quam prior, Patrum, & Hebræorum auctori-
tate probari poterit, videlicet nomen, *Qui est*, &
nomen tetragrammaton, quod vulgo dicitur *Iehoua*,
idem omnino esse: primum ex Patribus illud
testatur Clemens Alexand. 5. lib. Stromatum folio 5. vbi
inquit, *Iehoua*, esse nomen Dei, quod interpreta-
mur, *Qui est*, & *Qui erit*, idem expresse tradit Theod.
Hebraice lingua apprime gnarus, in quæst. super
Exod. quæst. 15. ex alijs Partibus superiori ca. citatis
nullus est, qui de hac re tractet: de illo nomine
hoc solum peculiare docet Nazianz. orat. illa 36.
Hebraei ineffabile, & in summa veneratione fuisse,
ita vt notis illis nullum aliud scriberetur. Ex re-
centioribus idem docent Pagninus, & Mercerus in
Thesau. Galati. lib. 2. de arcanis Catholicæ. vgit. cap. 10.
Lippom. in catena in illud Exod. 3. citat. Eugubinus in eun-
dem locum, & Genebr. 1. lib. de Trinit. Docent au-
tem Galat. Mercerus, & Genebr. in primis nomen
illud Dei religionis causa fuisse ineffabile, sicut ex
Nazianz. quoque retulimus, ita vt loco illius le-
geretur nomen יְהוָה *Adonai*, nisi, vt ait Merce-
rus, proxime præcessisset idem nomen *Adonai*, tunc
enim legebatur יְהוָה *Elohim*, hoc autem serua-
batur extra templum: nam vt tradunt Galat. & Ge-
nebr. ex antiquis Hebræis, cum sacerdos populo
benedicebat, hoc nomen proprijs vocalibus pro-
ferrebat: atque in hunc modum intelligunt illud
num. 6. Sic benedicetis filiis israel, sic inquam, hoc est,
cum nomine meo ineffabili. Ita docuit Rabbi Aben-
hez. in præfatione ad Moysen, & ad hoc ipsum al-
ludens Iosephus lib. 4. de bello Iudaico cap. 12. refert
Annannum pontificem gloriaturum, se vestem pon-

tificiam induisse, & propterea inclamasse nomen
Dei ineffabile. Hunc autem religionis ritum
non profertendi nomen illud usque hodie Iudæi
obseruant.

Porro idem esse nomē tetragrammaton. יהוה *Nomen*
Qui est
Iehoua, & verbum יהי *Iehi*, hoc est, erit, facile
constat; nam illud *Iehi*, quod est futurum verbi
יהי *Iahab*, habet easdem consonantes, quas no-
men tetragrammaton, nisi quod י *Iod* mutatur in,
ו *Vau*, vt frequens est Hebrais: nam qua ratione
poterat tetragrammaton ineffabile esse, nisi quia
naturam, & essentiam Dei inter alia multo perfe-
ctius significaret? Eam autem melius denotare
non potest aliud nomen, quam, *Qui est*, aut, *Qui erit*:
significat enim eum peculiarem modum essentiae,
aut quæ per se est, aut quæ semper est eodem mo-
do: ergo est idem nomen, solum (vt dixi) mutata
vna litera, vt in multis alijs familiare est Hebræis.
Proferitur autem nunc vulgari modo, *Iehoua*, quam
prolatione expressam fuisse ab origine literis Gre-
cis testatur Mercerus; ex quo aliqui putant deriuat-
um nomen Iouis. Cæterum non profertur *Iehi*
vt proprijs vocalibus effrendum erat, cum sit fu-
turum verbi *Sum*, eo quod nunc habet vocales non
proprijs illius futuri, sed nominis, *Adonai*, & à tem-
pore, quo Hebræi puncta, & vocales subscripse-
runt consonantibus, semper cum vocalibus *Ado-
nai* nominis scribitur, nisi quod, יהוה *Adonai*, cum
primo loco habeat literam gutturalem, postulat,
Seua, compositum cum, - *Patha*, in voce autem,
יהוה *Iehoua*, ponitur, - *Seua*, simplex sine, - *Patha*,
quod prima litera non sit gutturalis.

Mercerus autem refert ex Hieron. si nomen *Ie-
houa* proprijs vocalibus esset effrendum, lectum
iri Iao. Ego tamen in Hieronym. solum inueni in
epistola 142. quæ ad Damalum, in medio illius
duabus la multiplicatis nomen illud ineffabile
componi, quarum vnaquæque est etiam nomen
Dei; quod nescio qua ratione intelligendum sit.
Mitto mysteria quam plura, quæ antiqui Hebræi
esse dixerunt in hoc nomine tetragrammato, quæ
fufius explicat Galatinus cap. cit. & seq. quæ vero ad
mysterium Trinitatis pertinent, & in eodem no-
mine continentur, dicemus, disp. 108. c. 3.

Duo solum obseruanda super sunt in hac dispu-
tatione: alterum est circa id, quod docet S. Thom.
videlicet nomen *Deus*, quoad id, ad quod signifi-
candum impositum est, magis proprium esse Deo
quam nomen, *Qui est*. Id vero non satis video qua
ratione defendi possit: nam licet nomen *Deus*,
significet ipsam substantiam Dei, vt supra disp. 8.
explicatum est; eam tamen etiam significat no-
men, *Qui est*, aut tetragrammaton: ergo paria
sunt quo ad id, ad quod significandum imposita
sunt. Tum etiam nomen *Deus*, ab actione, vt ibi-
dem diximus, deriuatum est: at nomen, *Qui est*,
ab ipso proprio actu naturæ scilicet ab esse. Ad hæc
nomen, *Qui est*, magis explicite, & distincte, na-
turam Dei denotat: nomen autem, *Deus*, eam con-
fufe significat.

Alterum notandum, est, verum non esse id, Nomen qui
quod docet Galatinus lib. 2. de arcanis Catholicæ ve-
ritatis cap. 10. ex Rabbi Moysen in lib. Mor. 1. p. cap. 60.
nempe nomen, *Qui est*, vel tetragrammato non
significare quidpiam commune Deo, & creatu-
ris, sicut alia nomina Dei significant, vt sapiens,
&c. Nam si in tota latitudine vsurpes nomen,
Qui est, clarum est, esse commune creaturis:
illud